



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

167. An Curialis, qui ut facilius dispensationem impetrat, mutat narrationis substantiam, incurrat excommunicationem? Ex part. 8. tractatu 3.
resolution. 68.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

numerum gratiorum, item solum prohibet accipere stipendium, quod animum iudicis corrumperet, quale non est illud, quod consuetudine datur.

6. Deinde illa clausula generalis non derogat priuatae consuetudini sufficienter praescripte, tenuique ille in contrarium adductus solum loquitur ad iudicem delegato per litteras iustitiae ad item inter partes agitandam: qualis non est iste executor. Hae omnia Salas.

7. Sed non deferram hic apponere ea, quae cetera praeferentem quaestione latè obseruauit Pater Perez de Matrimonio disputat. 48. sec. 2. num. 6. ubi sic ait:

8. Dicoprimum, certum videri; si dictus officialis expedita omnino dispensatione, & finita delegatione munera recipere, non contravenire huic clausulae, nec incurere illius excommunicationem. Pacte, quia cetera iam omnino tota prohibitione causa, cum iam fuit suo munere functus. Quod si spe dicti munientur, ac remuneratio post finitam dispensationem oblati, mouetur iudex ad minus bene munus suum obendum, illicite illi esset talis munera ac premij receptio, & censuram incurreter; quia mens Pontificis in prædicta prohibitione est, ne Ordinarius munibus excecutus non recte fungatur suo officio. Vide si munus illud finita executione dandum, illum etiam excusat, & corrupti, manifeste contravenire videatur prædicta clausula, & censura ligati. Finito hoc verbis, ultimus rescripti dispensationis, sic dicuntur: *Mandamus*, quatenus deposita per te omni spe cuiuscumque munera, aut premij etiam sponte oblati, à quo te omnino abstinere debere monemus. Vbi ponderanda est illa particula, deposita omni spe. Volunatum autem, quod si spreta monitione nostra, eiusmodi aliquid munera, aut premij occaſione dicta dispensationis exigere, aut oblatum recipere, tenere presumptis, excommunicatione late sententie penam incurras quæ verba, si recte ponderentur, comprehendunt quoque minus acceptum finita dispensatione, si spe illius auctus officialis suum, obicit ministrum.

9. Dico secundum, per talen clausulam non prohiberi officiali Commissionario, laboris impensi in exponenda dispensatione stipendium aliquod, si illud sit tunc, vel consuetudine debitum. In hoc conuenio cum Sanchez, ob rationem dictam num. 5. Addo tamen, cum expeditio dispensationis communiter sit brevissima, & facilissima, vix credi posse, vt iure aliquo, vel consuetudine sit pro ea obvenda designata stipendium aliquod. Nam iudici delegato, qualis est ipse Officialis in Ordine ad dispensationis executionem, prohibetur stipendium quod sit alicuius pondens, vel momenti.

10. Dico tertio, prohiberi officiali prædicto, munus aliquod, quod sit alicuius momenti, sub excommunicationis pena. Pater ex verbis clausulae adductus nam. Tam etiam, quia, vt constat ex capitulo sua, iudici delegato, qualis est, in ea causa dispensationis ipse officialis, prohibetur aliquid recipere a paribus tanquam munus oblatum, etiam si in gratitudinis premium sponte offeratur, adeo ut teneatur ad restitutionem, non obstante quavis paratum remissionem.

11. Dico ultimum, prædicto officiali non esse prohibitum accipere eculentum, vel poculentum merita liberalitate oblatum, quod paucis diebus consumatur.

12. Mouos primo, quia id permisum est accidente iudici delegato, vt constat ex capitulo statutum, de re scriptis, in 6. Secundo, eiusmodi eculenta, & potuista solum exhiberi solent non ad corrumpen-

dom iudicem, vt minus bene manus suum obeat, sed vt maiori diligentia, ac breuitate perficiat suam commissionem. Tertio, quia iam videtur vius & consuetudine receptum, vt in gradu animi significacionem prædicta esculenta, & poculeta exhibeantur ad conciliandam benevolentiam; & similiter appetunt ob eundem finem, & ne ea offenses agerent, & indigentur, si non redipiantur. Unde infero in tali rescripti clausula solum prohiberi munera, præsertim à manu, vt pecuniariam, equum, torquem, annulum, & his similia; & ab his merito dici, vt omnino abstinent. Et prohibitius culuscumque munera, intelligenda est de hoc genere munera à manu, quod solet esse maioris astimationis, pretij, ac valoris apud homines. Hoc usque Perez. Sed aduersus eius doctrinam tenet, & adducit multas declarationes Cardinalium Garcias de beneficiis. tom. 2. part. 8. cap. 1. numer. 10. & seq. omnino videndus.

RE SOL. CLXVI.

An pro expediendis dispensationibus recipere quis aliquid possit? Ex part. 4. tradit. 4. & Misc. Ref. 84.

§. 1. Negatiū respondendum est, & ita in sacra poenitentiariae literis hæc verba semper apponuntur. *Gratis ubique*; verum hoc procedere putat Sanchez & Filiius, quos citat & sequitur Homobon. de Bonis in exam. Ecclesi. part. 3. tradit. 13. cap. 11. quaf. 31. suppos. 4. quando munera exhibentur ante expeditionem, secus si peracta dispensatione aliquid gratitudinis gratia recipere tur, quia in tali videtur celsare ratio prohibitions. Inde non desinam hinc adnotare. Gutierrez de matrimonio. cap. 128. num. 2. Homobonum *ubi supra*, & alios docere quid in supradictis verbis interdici censentur ea tantum dona, quibus recipientis animus corrumphi potest, & à tramite iustitiae auelli; sed alii contrarium docent.

RE SOL. CLXVII.

An curialis, qui, vt facilius dispensationem impetrat, mutat narrationem substantiam, incurrit excommunicationem? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 68.

§. 1. Quidam hanc quaestione, supponit cum Portel respons. moral. tom. 2. cap. 49. numer. 6. validum esse rescriptum, quod illam partem, in qua non contingit subpretio, etiam si Curialis, vel solicitator scienter subpretionem in ea parte commisserint, inscio illo, in cuius fauore rescriptum obtinetur, qui verum Curiali proposuerat Ratio est, quia supradictio contingit solum in yna rescripti parte separabili ab alia, ut supponit; tum quia impenitentia non dicitur obtinere rescriptum per dolum, vel malitiam. Tum quia cap. super luteris, decernatur dum supradictio contingit, inualidum esse rescriptum in pœnam pertinacis ipsius impettantis. Hic autem non adest culpa, seu peruersitas ipsius impenitentis, sed in solicitatore; solicitator autem graues pœnas incurrit, vel meretur supradictionem committendo.

§. 2. Sed difficultas est, an talis solicitator iniquat censuram, affirmatiū responderet Henriquez l. 12. cap. 3. numer. 7. vbi sic ait: Curialis, solicitator, aut scriptor, qui vt facilius dispensationem imperiet, mutat substantiam narrationis, aut commissionis, ma-

sup hoc has
Ref. præterita,
& in aliis
cius primus
annot.

net excommunicatus. Ita ille, qui in glossa littera K, etat motus Pij V. Cardinalem, Gigantem, & Na- uarum.

3. Sed, ut verum fatetur, hoc omnino negandum est; quia motus Pij V. nullam imponit excommunicationem, sed solum decernit; ut pena falsitatis plectantur; & ita docet Sanchez lib. 8. disput. 21. num. 18. cui addit Metallum tom. 2. disput. 4. cap. 6. num. 397.

4. Notandum est tamen hic obiter non esse tenendum quod docet Barthol. Soc. conf. 270. *Conser-dergus, ad finem vol. 2.* nempe quando subreptio non commissa est ab eo, cui re scriptum impetratur, quia veritatem narravit; sed ab alio; ut a Curiali, vel sollicitatore, qui vel falso expedit, vel veritatem sibi propositam contineat, ignorantiam partis, impetrantis excusat, ne re scriptum sit subreptum. Et refert Rotam dixisse, sic decisum esse ab Urbano Papa in beneficibus. Et ait iura loquentia in beneficibus extendi a Doctoribus ad alias Principes gratias. Idem sustinet Felinus cap. super literis, num. 7. *versic. denum circa prædicta de rescripto.* Ceterum hoc non est tenendum, quia intentio concedentis deficit quoties est subreptio circa causam finalem, que procedit, quando ipsemet impetrans commisit generaliter subreptionem, vel alius eo infuso. Idem probatur ex cap. si motu proprio, de pre- bend. in 6. ibi, secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eo oblatam.

RESOL CLXVIII.

An beneficiis titulus revalidetur per regulam Cancella-
riae de triennali possestione, aut aliena prescrip-
tionem; non obstante pena inhabilitatis, aut priua-
tiones imposita prouiso, nec alia opus sit dispensa-
tione, aut tituli habilitatione?

Et quid de possidente beneficio pacifice per trien-
nium, sed mala fide; vel si quis simoniace sit in-
flatus in beneficium, per ignorantiam?

Et an pensio non revalidetur per regulam de trien-
nali?

Et an obligatio restituendi fructus, v. g. beneficiorum
non tollatur per regulare de triennali?

Et aliqua alia circa supradicta decentur, & expla-
natur. Ex part. 7. tractat. 10. & Misc. 1. Re-
sol. 26.

Sub. doctrina que in
hoc & duo
bus seqq.
doceatur in
Ref. seq. s.
vlt. ex in
Ref. 1 post.
seq. a principio
vlt. & que
ad s. Quero
secundo. & ibi
in s. penult.
& vlt. & in
Ref. 2. post.
seq. 1. s. Quo-
ra secundo.
vlt. s. Quo-
ra tertio.

§. 1. **C**ausa est satis practicabilis, & de illo ego
sapientius interrogatus fui, & affirmatiue re-
spondi cum P. Thesauro in *Praxi de pénit. parv. 1.*
cap. 30. quæst. 3. vbi docet inhabilem ex pena, vel
irregularitate ad beneficium obtinendum & non ex
conditione persona, ut sunt mere laici, si bona fide
obtinat à legitimo Collatoris beneficium triennali
pacifica possessione tutum esse, & titulum revalida-
ri: excepta inhabilitate ex simoniaco scienter contra-
cta, vel ex violenta intrusione, vel quando, Benefi-
cium esset reseruatum reseruatione clausa in iure
communi; quia nos solos casus regula excipit; ita
tenet quod inhabiles quae quidem intelligenda
sunt vbi cumque non adsit clausula derogatoria hu-
ius regulæ.

2. Sed pro elucidatione huius Questionis non
deferam hic apponere ea, quae circa illam obseruat
nouissime docto P. Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 1.
disput. 11. dub. 12. num. 249. & seq. vbi sic asserit. Il-
lud etiam est maximè aduertendum, tanquam spe-
ciale per regulam Cancelleriae, de triennali possest.
Quod, si quis beneficium Ecclesiasticum triennij,
spatio pacifice possideat, sine in gressu simoniaco,

ius in eo acquirit, quod certum est in ordine ad acto-
rem; seu petitorem quenquamque, ut cum tali exce-
ptione expellere possit.

3. Controversia tamen est inter Doctores, an etiam locum habeat absolute, ut beneficii Ecclesiasti-
ci dominus efficiatur absque eo quod teneatur
alium titulum exhibere. Contra Regula Profesor.
part. 2. §. 10. num. 10. Molina. disput. 70. cum glossa
in cap. coniungit. de dolo & conuincione. Negat ex
regula 1. iuriis in 6. quod Beneficium Ecclesiasticum
non potest licet sine institutione Canonica obtine-
ri; hec tamen auctoritas non conuinxit; cum re-
sponderi possit tam regulam veram esse iure ordinario,
scilicet extraordinario remedio usurpacionis. Ideo
contraria affutantem scilicet partem tenet Nau-
aratus lib. 3. *Consiliorum, conf. 3. de præbend.* &
lib. 1. conf. 8. num. 2. de renunt. edit. 2. *Sa. verb. be-
neficium num. 14. Lefsi. cap. 6. dubit. 10. in fine.* Et cap.
31. dubit. 2. 5. num. 140. Nicol. Garz. tract. de bene-
ficiis, pari. 8. cap. num. 15. Rebuff. tractat. de Pa-
cifico possest. num. 241. Sanchez lib. 7. Moral. cap. 29.
num. 89. qui tres posteriores, & aliqui alijs recentio-
res refolunt, si aliquis simoniace institutus fuit per
ignorantiam v. g. quando Pater pro filio ignorante
numerant pecuniam; prodebet regulam triennalem
possesti cum bona fide, & eiusmodi titulo colo-
rato, neque alia opus est dispensatione, aut tituli
habitatione.

4. Omnino tamen displiceret, quod Nauaratus ait
circa conf. 8. & sa. cit. num. 14. triennio possidentem
beneficium pacifice, etiam si mala fide, fieri eius do-
minus, cuius rei veritatem non affequot (quamvis
cum prædictis Doctoribus sentiant alij) nam ad ac-
quirandam vim titulo præscriptionis, requiritur bo-
na fides. Non me lateri esse quiesce argumenta; quibus
id sibi videantur probare. Primum, quia per regulam
Cancelleriae aliquid de noto inducit ultra ius com-
mune; sed nihil operaretur, nec de novo induce-
ret, si requireretur bona fides; Secundò, quia regula
tantum per titulum coloratum: & duos excipi,
scilicet, Simoniacum, & intrusum in beneficium
vacans apud fedem. Tertiò, quia in temporalibus,
in negotio præscriptionis agitur de maiori præ-
dicio, cum per præscriptionem verum ius, & do-
minium acquiratur. Ideo mitum non est quod re-
quiratur bona fides. Per hanc verò Regularum Can-
celleriae tantum acquiritur possesto ad vitam possi-
dendis duratura. Ita Ludovicus Gomez regula de
Triennali, quæst. 41. qui testatur his in Rota sic ele-
gitur, atque banc exceptionem de possestione
triennii mala fide reddere tutum etiam in foto con-
scientia possidentem quia Papa ad vitandas lites, &
scrupulos hoc potuit facere; in modis dare verum ius,
& dominium proper plenissimam in beneficibus
potestatem, quam habet; in quo videtur consentire
Covarruvias n. illo 10. quamus dicat non reddere tu-
tum in conscientia.

5. Verius tamen est (vt dicebam) requiri bonam
fidem nec est credibile Papam fauere peccanti male
fidei possesto: deinde generalis illa regula iuriis cap.
Possest. de Regulis iuriis. in 6. scilicet male fidei
possestorem nullo tempore præscribere, etiam in spi-
ritualibus locum habet, ut recte Gloss. cap. coniungit.
de dolo. Dicastillus loc. citato.

6. Notandum est tamen hic obiter, Primum.
quod pensio non revalidatur per regulam de trien-
nali, quia regula loquitur de beneficiis propriis dictis,
qua collatione, præsentatione, vel institutione ob-
tinuntur, ut Gomez super reg. de triennali quæst. 4.
& ita de pensionibus concludunt Gomez ibi, quæst.
50. Rebuff. de pacifice possest. num. 91. Sanch. opus.
lib. 2. cap. 1. dub. 29. n. 12.

7. Notandum